IO. BEMBVS
DVX XCII.

Menſe Novembrio Anni 1615. electus, obiit 1618. die 19. Martii.

ELOGIVM PVBLICVM.

Sero perveni ad regimen, Togatus onuſtus honeſtatum inſignibus, paludatus poſtea Terrà, Marique bellavi Pacis communis causà, laurus & palmas meſſui, abegi cupreſſos. Pax floruit.

IOannes Bembus Auguſtini filius & ..... filiæ Alberti Baſsi Nobilis popularis, cuius hęres poſseſsionem ſubiit Palatii ampliſsimi ad ripam Blaſii, cum gazà prædivite, quà antiquæ familiæ ſplendorem reſtituit. Tyrocinia Martis edoctus Ducibus Antonio Canali, & Sebaſtiano Venerio; Trierarcha Venetum vindicavit pudorem, raptam à Turcarum claſse triremem per glandium tempeſtatem remuleans. Ad Echinadas inſulas illius victoriæ particeps, quam ipſi Superi, Septima Octob. annuatim celebrant: Vſcoccorum etiam ſanguine, juſtà Nemeſi paluda-